



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvtionen In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

Simoniae vitio quemadmodum occuratur. Tit. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

putatos à nobis, diligenter probatus. Debebit autem is testimonium eorum scripto comprehensum, nobis vel vicario nostro, exhibere. Ceterum examinatores videant, ne quid hac in parte dent carni & sanguini: ne quid amicitiae tribuant, odio, vel gratiae, in quo eorū cōscientias, quàm maximè obstrictas esse volumus.

TITVLVS VIII.

SIMONIAE VITIO QVEM
admodum occurratur.

CVM autem teterrimum illud Simoniae vitium animos nonnullorū occupauerit: & quod fanè dolendū est, vsq; adeò radices altas egerit, vt iā plerisq; nullā peccati mortalis rationem habere videatur. Nos, vt ex animis omniū pestē hanc, & beluā multorū capitū, pro eo ac debemus, euellere possimus: mādamus, ne quis prius ad vllū sacerdotiū vel Parœciā admittatur, quàm iuramentum, in nostris vel vicarij nostri manibus, prætiterit: quo se proberat hoc tanto scelere, liberum & immunem esse.

Nefas

2. Nefas est enim, donum Dei, quod sacerdotio annexū est, pecunia possidere velle. Cogitēt qui eiusmodi sunt, qua pœna Simon ille multatus ab Apostolo Petro fuerit: cū oblato precio donum sancti spiritus concedi sibi peteret: tum quo modo Gezi Elisæi seruo posteritatiq̄ illius vniuersæ, lepra inhæserit: Et quorum suppliciū perhorrescūt, eorum etiam exemplum fugiendū sibi esse putent. Scripta sunt enim hæc Apostolo teste ad correptionem nostram. Et extant pœnæ grauissimæ aduersus tales in Bulla Pauli II. editæ, quæ incipit: Cū detestabile. Et in alia PII. quarti, de confidentijs, Anno sexagesimo quarto, XVI. KL. Nouembris promulgata. Quare ab hoc tanto scelere, quo nullum tertiū esse potest, diligenter sibi caueant: & pauperes in domo Domini esse malint, quàm opibus abundare malè quæsitis. Iuramenti autem, quod in aliarum Diœcesum Synodis obseruatum fuisse videmus, talis est forma.

Acto. 8.

4. Reg. 5.

3.

In extra-
magante.

4.

TITV-